



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Titvli Capitvlorvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

III.

INCIPIVNT CAPITVLA

QVÆ DOMNVS CAROLVS LUDOVICI
Augusti piæ memoriaræ filius, vna cum consensu & sug-
gestione venerabilium episcoporum, & illustrium opti-
matum, reliquorumque fidelium suorum, ad hono-
rem sanctæ Dei ecclesiaræ, & ad pacem & profectum to-
tius imperii sui, fecit anno incarnationis Domini nostri
Iesu Christi DCCCCLXXVI. regni vero sui in Francia
xxxvi. imperii autem sui i. indictione ix. mense Fe-
bruario, in palatio Ticinensi.

TITVLI CAPITVLORVM.

- I. *Vt Romana ecclesia ab omnibus honoretur.*
- II. *Vt Joanni pape honor obediens tiaque ab omnibus exhibeat.*
- III. *Vt res ecclesie Romane proprias nemo diripiatur.*
- IV. *Vt ecclesiasticis honor & reuerentia præfetur.*
- V. *Vt imperatori honor ab omnibus obseruetur.*
- VI. *Vt episcopi ministerium suum sine cuiusquam impedimento & molestia peragant.*
- VII. *Vt episcopi per se & presbyteros predicationi insistant: & fi- deles diebus festis ad publicas sta- tiones occurrant, domique sue nullus Missas celebret sine licen- tia episcopi.*
- VIII. *Vt episcopi cum clero suo in claustris resideant: presbyteros vero ab ecclesiis suis abesse, aut ab eorum potestate disiliere non permittant.*
- IX. *Vt sacerdotes a familiaritate seminarum, itemque a venatio- ne, armis militaribus, & habi-*
tu non decenti abstineant.
- X. *Vt res ecclesiasticas nemo inua- dat, & que cum detimento ec- clesie a rectoribus distractæ sunt, repetantur.*
- XI. *Vt decima absque fraude offe- rantur, & a presbyteris episcopi arbitrio dispensentur: & de ba- ptismalibus ecclesias per earum filios restaurandis.*
- XII. *Vt episcopi comites & vas- sos regios diligant ut filios, & hi episcopos honorent ut patres. & vt episcopi in suis episcopiis mis- forum dominicorum potestate fungantur.*
- XIII. *Vt episcopi & comites in pauperum domibus nisi rogati non diuersentur: & vt pradas ac denastationes inhibeant.*
- XIV. *Vt defuncti episcopi faculta- tes nullus inuadat: sed successori referuentur, vel pro illius anima erogentur.*
- XV. *Vt infideles regi nemo celet, nec ullam eis iustitationem præbeat.*